



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De multiplici sacra militia Caroli V Imperatoris. Cap. LXXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

die IX. Septemb. De quo hoc loco id dicere sufficiat quod Marchantius scribit : Philippo Austrio primo, nihil humanius, nihil magis pacatum fuit. Ex Ioanna Ferdinandi & Isabellæ Regum Hispaniæ filia & hærede, Carolum & Ferdinandum Impp. Eleonoram Lusitaniæ Galliæque, Isabellam Daniæ, Mariam Hungariæ, & Catharinam Lusitaniæ Regibus nuptas felicissime genuit. Fuit ille Brugis vrbe Flandriæ natus Burgis vrbe Castellæ febri extinctus, Grænatæ Beticæ sepultus, quum viginti quinque Imperij materni, viginti VIII. annorum vitæ expleuisset.

*De multiplici sacra militia CAROLI V
Imperatoris.*

C A P. L X X I V.

XIX. Lotharingia ac
Brabantia
Dux Carolus V. Imperator.
I. cont. Mar-

Nunc ad Carolum V. veniamus, nostræ memoriæ optimum Principem : qui in sacris bellis animum & vestigia Caroli Magni est imitatus.

Primum eius bellum fuit anno CIJ. IO. XVIIII. contra Marrhanos. De quo Surtius in Commentarijs : Carolus Hispaniarum Rex magnas eduxit copias cōtra Marrhanos, & expugnatis munitissimis eorum oppidis, plus minus XL milia barbarorum prostravit. Ex præda eius victoriæ duo pretiosissima vexilla Cæsari Maximiliano auo suo paterno transmisit.

Secun-

Secundum bellum fuit tumultus rusticus Germanorum. De quo Zenocarus: In Germania anno .m. lxxv. grauissimum exortum est bellū, quod populare seu rusticorum vocabatur. Cæsar, tumultus occasiones ex immutata per Lutherum religione enatas sentiens, varias ad varios Principes de illo bello restinguendo litteras dedit. Atque ita septem in locis, diuersisq̄e septem certaminibus intra quadraginta dies, centum & quadraginta milia Germanorum à septem Cæsariano sacramento adstrictis copiarum Ducibus, eo bello cæsa referebantur.

II. contra Rusticos Germanos.

Tertium bellum fuit Viennense. Solymanus, ait Zenocarus, Turcarum Dominus ter centum, ad Viennam Austriæ Metropolim obsidendam, milia hominum adduxerat. Ei per suas fratrisq̄e Ferdinandi Regis copias sic resisti curauit Cæsar, vt cum magna clade suorum anno æui nostri xxxix. Byzantiū reuersus sit. Sed de hoc latius hunc in modum Laurentius Surius: Locis aliquot patefactis audacissimè in urbem irruentes, tanta vi Germanorum repulsi sunt, singulari Dei benignitate, vt in toto hoc bello è Turcis ad lxxx. milia periisse ferantur, tandemq̄e cum dedecore & ignominia coactus sit Solymanus obsidionem soluere, & in Thraciam, re infecta, abire. Sub Turcarum aduentum iussi erant excedere sacerdotes, monachi, feminae, pueri, & omnis

III. Viennense.

imbellis turba. At, quod summè dolendum est, ij magna ex parte in immanes barbaros inciderunt, qui infantes secuerunt medios, feminas & senes quos in seruitutem nolent abducere, partim palis infixerunt, partim veribus transfoderunt & gladijs disciderunt. Feruntur in ea Turcicæ vastitatis procella supra sexcenta milia Germanorum in seruitutem rapta.

17. Pannonicum.

Quartum bellum fuit anno 1533. Pannonicum. Solymanus enim tertio post anno ad obsidionem Viennensem, Austriacæ & Germaniæ excisionem, cum duplo maioribus quàm antea copijs rediens, rem totam Germanicam de salute sua, si Turcus vinceret, periclitantem, magnò metu perculit. Sed Cæsar aduersus eum cum maximo ex Belgica exercitu, vbi tum erat, progressus, prima illic militiæ suæ arma induit. Quod Christiani Principes in Christianorum Principum monarcha summopere omnes cum annotarunt, tum laudarunt. Id autem bellum sic Cæsar confecit, vt Solymanum magna strage edita ab Austriæ Germaniæque finibus quàm longissimè submouerit. Ac ob id Germani illum Conservatorem Germaniæ vocauerunt. In hoc bello quatuordecim illustres autem velletis equites se supra ceteros mortales gloria & prædicatione extulerunt.

18. Peloponnesiacum.

Quintum bellum fuit Græcum siue Peloponnesiacum.

loponnesiacum : ad quod Cæsar, vt Turcis
maiolem terrorem incuteret, eodem tem-
pore misit cum valida classe Andream Au-
riam, Melphis Principem. Et is quidem ad
Patras, Methonem & Coronem Cæsar's tro-
phæa, magnas adeptus victorias, crexit, Coro-
nemq̃, eiectis Turcis, iuris Cæsar's efficiens,
latissimè terrorem armorū Cæsar's per totam
Græciam circumtulit. Ob hanc victoriam
Græci Cæsar'em suum Liberatorem appella-
uere, vota que pro eius Imperio & monar-
chia publice ad Christum & passim fecere.

Successit ad annum ∞ . 15. XXXIV. se-^{vi. Ana-}
xtum bellum Anabaptistarum Monasterij ^{baptistarum.}
in Westphalia. Quæ ciuitas Cæsar's edicto
armis circumfessa, & post longam annalem-
que obsidionem vi tandem expugnata, veteri
religioni est restituta. Pulsi Anabaptistæ ex
alijs Germaniæ locis per Westphalam, Fri-
siam, Hollandiam, & vicinas gentes se di-
spersere. Monasterium, gentis Westphalicæ
caput, velut asylo, concordibus animis
elegere, recepti à ciuibus clam magistratu.
Duos menses & plus eo animos hominum
promiscue cum infecissent, in milia aliquot
excreuerunt. Senatus, qui in hoc Reip. statu
diutius obdormierat, cum senatusconsultis
& sanctionibus pestem vrbe pellere conatur,
ipse ab inconditorum hominum colluue
pulsus est. Monasterienses tandem grauissi-
ma obsidione eò redacti sunt, vt mures & gli-

resiant apud eos in delicijs essent, corioque & pellibus contusis coctisque panis loco vescerentur; Rege interim sartore Leidano, quem sibi elegerant, non ad necessitatem modò, sed etiam ad luxum rebus omnibus abundante. Vrbe verò mox capta, Ioannes Bocolus Rex annos natus xxvi. captus, ignitis laminis toto corpore excarnificatur, ac ferrea inclusus cauea, vt apud posteros memorabilis tragœdię monumentum existeret, è summa D. Lamberti turri suspenditur. Occuparant Anabaptistæ circa eadem tempora ad Bolsuerdam vetus monasterium, sed Frisix præfectus Georgius Scenckius, vir præter alias virtutes militari gloria clarus, charus ob id acceptusque Carolo Imperatori, celeriter ex vrbibus & agris contractis copijs, priusquam noua colluue augerentur, castris positus locum obsedit, & pertinaces in ipsis sui motus inijs oppressit. Tentarant etiam Amstelredamum; sed Consulium præfectorumq. industria ac ciuium fortitudine ciuitas à vastatione & seruata & vindicata est.

Monasteriense bellum excepit Cartaginense, inquit Zenocarus; quod Libycum siue Tunetanum dicitur. Ac Cæsar, vt aduersus Turcas & Christianæ fidei hostes rursus arma indueret, contracta ter centum & quinquaginta nauium classe, ex Hispanijs in Goletanum Africæ littus nauigauit, anno seculi & ætatis suæ xxxv. Goletam arcem portumque,

¶ I. Car-
thaginense.

tumque, postquam feliciter aliquoties cum Barbaris dimicatum esset, vi cepit. Hinc TUNETUM regiam Libyæ, totiusque illius Africanæ littoris METROPOLIM, obsidere constituit. Sed HARIADENUS ENOBARBUS, Barbarossa vulgò dictus, ostentata prius pugnandi summa alacritate, Cæsaris aduentantis aciebus profligatus, cum bis centum milibus peditum, sedecim milibus equitum propulsus aufugit. Itaque Cæsar TUNETANIS MULEASSEM Regem dedit, regnumque ipsum sibi beneficiarium & vectigale, Christianis autem omnibus amicam fecit. Ter septem Christianorum milibus, quæ à multis illic annis in vinculis detinebantur, libertatem restituit. Ob quam victoriam à multis Italiæ Siciliæque ciuitatibus per quas Cæsari transeundum erat, ab ipsis quoque Senatoribus & ciuibus Romanis, Tertius Africanus publicè est appellatus. Ac ipse quidem bellum istud Africanum, vicinis vndeque Regibus aut metu aut fœdere domitis, eiectisque è mari piratis, x. diebus totum absoluerat. Quo in bello illustres aurei velleris equites, Aurix duo, Gonzaga, Vastius, Albanus, Bossius, Prætus, non exiguam sibi laudem compararunt.

Interea temporis dum ciuilibus bellis concussus Christianorum orbis, Cæsaris clementiam patientiamque experitur; vnâ se Carolus re consolabatur, quod è tribunis suis Ferdinandus Cortesius in regno Mexicano, &

VIII. Mexicanum.
IX. Peruanum.

H 5 Franciscus

Franciscus Pizarrus in regno Peruaco ingentibus terrarum nouarum vastitatibus reperi-
tis, octodecim Reges, totidemque prouin-
cias, acerrimis praelijs deuicissent, omnesque
& Reges & Regna non solum Imperio suo
subditi, sed Christiana etiam pietate ef-
fent imbuti.

*3. Corfi-
niense.*

Solymanus verò, Caroli cum Francisco
bella suis rebus gerendis vtilissima fore exi-
stimans, in maris Adriatici fines Corfinium
venit. Sed Andreas & Antonius Auria in
duodecim triremes Callipoli venientes, &
antea in vndecim naues ex Alcaico progres-
sas vterque incidens, omnes illas hostiliter
exceperunt, ac Ianizeris earum praelidarijs
interfectis ceperunt. Dumque in Epiro Tur-
cus summam Cæsari & Venetis perniciem
moliretur, ita illi & in Epiro & ad Corfinium
ab eo obsessum resisti curauit Cæsar, vt cum
summa suorum laude Turcum abire com-
pulerit. In quo bello M. Grimanus & Vin-
centius Capellus, ille Pontificis Pauli III.
hic Venetorum in exercitu legatus, præ-
claram Cæsari & Reipub. toti que Italia
operam præstiterunt.

*21. Dalma-
ticum.*

Haud procul ab Epidaurò anno sequenti,
mense Octobri gestum est bellum Dalmati-
cum ad Castrum nouum, quod cum duabus
munitissimis arcibus Andreas Auria & Fer-
dinandus Gonzaga Cæsaris iussu expugna-
uerunt. Quo bello, quemadmodum & su-
periore

periore ad Corfinium gesto, plurimi ex hostibus à Cæsarianis sunt interfecti.

Cumque ad reliquarum rerum in Græcijs & Asia perficiendarum curam se componeret, & multas naues ex Belgica sua conuocasset anno proximè sequenti, inter eà mors Imperatricis ex puerperio defunctæ, obitus etià Andreæ Gritti Venetiariù Ducis, & frumeti maritimis in locis raritas interueniens, curas Cæsaris grauiores & duriores effecit.

Secutum est mox bellum Algeriense. Nam cum Cæsar, comparata classe, mense Octobri anchoras in Africa ad Algerium littus fingeret, ac legiones Italicas, Hispanicas, atque Germanicas in Mauritaniam exposuisset, tanta subito coorta tempestas fuit; vt magna nauium pars collisa in conspectu Cæsaris demergeretur. Hac Dei ira animaduersa, Cæsar sacratissimæ synaxeos communicatione Deo se reconciliauit: idem toti exercitui imperans. Itaque cum Mauris & Turcis acerrimè semel atque iterum dimicatum est. Algerium Ducibus & militibus facillimum expugnatum videbatur: sed non conquiescentibus ventorum iris, Cæsar militem ad naues progredi iussit. Receptus ad naues vno tempore & cum hoste & cum tempestatibus dimicandum erat. Publicè iam apud Gallos sparsum erat, Cæsarem illic vndis absorptum fuisse, cum Villagano Rhodiensis eques, cuius vitam Carolus seruauit, perscriptis quas
ad

XII. Algeriense.

ad Algeram Cæsar gesserat rebus, famæ apud Gallos de morte Cæsaris percrebescens auctoritatem minuit. Milites incolumitati restituti passim canebant, Alibi Carolus agmina, Algeræ sese & aëra & maria vicit.

XIII. bellum Pannonicum.

XIII. bellum fuit Pannonicum. Quo enim tempore Gallus Perpenianum obsidebat, & ex lateribus Belgicam penetrare satagebat, Cæsar in Pannoniam cum totius Germaniæ assensu & stipendio misit Ioachimum Brandeburgensem electorem. Sed cum sua auxilia Gallico bello præuentus adiungere non posset, multo minus ipse adesse; expectatum eo bello finem non est assecutus, nimis abundanter copijs Turcarum ad Budam ab obsidione liberandam superuenientibus. Attamen illa quæ à præfidiarijs Ferdinandi custodiebantur oppida non parum in fide confirmavit. Tum Vastius, reiecto ab arcis Nicenæ expugnatione Ænobarbo Turcici maris præfecto, non inanem Reipub. & Cæsari operam impendit.

XV. bellum malealdicium.

Anno deinde ætatis Caroli & æui nostri XLVI. Ioannes Fredericus Saxonix Dux, Philippus Landtgravius Hessiæ, Vdalricus Wittenbergensium Dux, multiq̄ue Germaniæ Principes & ciuitates Carolo in causa religionis parere nolentes, subito ad arma concurrunt. Cæsar, tametsi prius ab hostibus ferè opprimeretur quàm belli curam suscepisset, suas tamen etiam copias collegit, fortissimamq̄ue

maque Albani Ducis & Comitis Bureni, eo in bello opera vsus, Smalcaldici fœderis socialem potentissimum exercitum, in quo per sex menses centum & viginti milia hostium à Cæsare propinquis castris cernebantur, industria sua & sapientia militari fregit atque deuicit: omnesque Germaniæ Principes, clementia sua vsus, veteri & libertati & amicitia suæ restituit.

Postea Ioannes Fredericus Saxoniae Dux ^{xv. Saxon} Cæsarem in Saxoniam pertraxit. Cum quo configere paratus Carolus cum Albim vado transisset; ex improviso irruens, omnem eius exercitum cecidit, ipsumque in prælio cepit. Subacta itaque Saxonia, Duce capto, & Philippo Hessiæ Landtgrauio sese dedente, reliqua erat Parthenopolis, quæ Magdeburgum dicitur. Hæc igitur obsessa Cæsaris iussu, atque ad deditiōem compulsâ, belli finem fecit.

Postremò, cum Philippum filium Cæsaris ^{xv. i. bellum} ex Hispanijs euocatum, Italiam, Germaniam ^{Aphrodisia-} & Belgicam lustrare voluisset, Andreæ Au- ^{cum.} rio Melphitano Principi, & Ioanni Vegæ Siciliæ Proregi mandatum dedit, vt Aphrodisium à nostris Africâ dictum, atq. in littore Africano situm aggrediatur, & vicina illi loca in potestatem redigant. Id, quemadmodum à Cæsare imperatum, ita præstitum quoque ab eis fuit: ac Dragutes, piratarum Turcicorum facile Princeps, è munitissimis speculis

ope Cæsaris eiectus, totumque mare deti-
ctis archipiratis pacatum est. Commenta-
rium de expugnato Aphrodisio conscripsit
Ioannes Christophorus Caluētus Stella,
cumque Ludouico Auilæ, militia Alcanta-
rensis præfecto, dedicauit.

Excessit è viuis die x x l. Septemb. anno
L V I I I. pijsimus & celeberrimus Princeps
Carolus v. Romanorum Imp. potentissimus,
septimo à translato in fratrem Imperio men-
se. Mortuus est autem in cœnobio S. Iusti,
septem à Placentia Hispaniæ miliaribus, cum
annos paterni principatus quinquaginta,
ætatis L V I I I. peregisset, rebus gestis omniū
Cæsarum gloria vel æquata vel superata.

Cum vltima in ægritudine versaretur, in
precibus ardentior, sæpe & piè admodum
pro Ecclesiæ concordia Deum orabat, in-
quiens; In manus tuas, Domine, tradidi Ec-
clesiam tuam.

Multi multa de hoc victoriosissimo Im-
peratore scripserunt: sed inter eos Principem
locum obtinet Guilhelmus Zenocarus Bru-
gensis, eques auratus.

*De sacris bellis PHILIPPI II. Hispania-
rum Regis Brabantia Ducis, &c.*

C A P. L X X V.

*x x. Lotha-
ringie &
Brabantie
Dux Phi-
lippus ; i. i.
Rex Hispa-
niarum, &c.*

C A R O L O v. Imperatori, post immensos
cum in hæreditarijs sibi ditionibus, tum
in Imperio sacro propugnando perpeffos la-
bores, ad quietē sese danti, & quod exiguum
super-